

151. Il segreto della ricchezza

(verbi deponenti e semideponenti: participio; perifrastica att.)

Paterfamilias quidam, qui iam moriturus erat, cum nihil aliud haberet, quod filiis relinquēret, nisi vineam admōdum parvam, liberos arcessivit atque ita adlocutus est: «Ego, filii mei, e vita migraturus sum; mors iam mihi immīnet nec multum tardabit. Vos profecto arbitramini nihil me vobis relicturum (esse), quoniam semper modicam vitam me egisse neque divitias cumulavisse scitis. Sed nunc inopinatam rem vobis fatebor: in vinea mea divitias quasdam conditas esse¹, quas si, post mortem meam, diligenter quaesiveritis...». Finem facēre non potuit: nam mors verba eius intercidit. Tum filii, cum patri iusta fecissent², eius verbis fisi ac thesaurum in vinea defossum esse rati, totius vineae terram effodērunt atque invertērunt. At thesaurum nullum invenērunt: igitur se a patre deceptos esse putavērunt. Sed vinea diligenter subacta uberrimos fructus autumno dedit. Tum filii intellexērunt patrem significavisse laborem et industriam maximas esse divitias.

1) L'infinito dipende da *fatebor*.

2) *Iusta facēre*: «rendere gli onori funebri».